



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

XLVII.[sic!] König Wilhelm verleiht den Markgrafen Johann und Otto von
Brandenburg das Angefälle an den Besitzungen des Herzogs Albert von
Sachsen, am 15. Februar (1253).

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

bis precipitur, ut debeamus Marchionibus obedire. Item, quod a vobis infra tempus Pentecostes exequendum in mandatis acceperunt, hoc ipsi usque ad dominicam proximam post festum beati viti auctoritate propria distulerunt, cum lex dicat, quod diligenter fines mandati custodiendi sunt, et qui fines mandati excedit, aliud quid facere videtur, et susceptum non implevit. Cum igitur ex predictis vobis liquere possit, executores vestros nobis suspectos fuisse, et fines mandati excessisse, et ideo per consequens ad presentiam vestram nos rationabiliter appellasse, sanctitati vestre omni, qua possumus, precum deuotione humillime supplicamus, ut non solum diuinum officium, nobis contra iuris ordinem sublatum, restitui faciat, sed etiam apud dominum nostrum Regem efficaciter hoc agatis, ut gloriosam ciuitatem Lvbicensem a dominio Marchionum penitus absoluat, et eam sibi ac Imperio retineat et reseruet; et certe non oportet, ut vel per interdictum vel per excommunicationem ad hoc cogamur et artemur, ut domino nostro Regi obediamus et seruiamus, cum ad hoc ad ipsum litteras nostras et nuncios, quos ipse per gratiam suam benignissime recepit, nuperrime direxerimus, ipsi supplicando, ut ab omni alieno dominio nos absoluat, et sibi et Imperio ad seruiendum perpetuo retineat et conferuet. Multis enim laboribus et expensis et carorum nostrorum iacturis et rerum dampnis ciuitatem nostram Imperio conseruauimus in preterito, et semper, quantum nobis permittitur, conseruare intendimus in futuro.

Aus der Lübeckischen Urkunden-Sammlung I, Nr. CLXXXVIII.

XLVII. König Wilhelm verleiht den Markgrafen Johann und Otto von Brandenburg das Angefälle an den Besitzungen des Herzogs Albert von Sachsen, am 15. Februar (1253).¹

Wilhelmus, dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, Vniuersis sacri Imperii fidelibus, presentes litteras inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Illustrium virorum precibus inclinatur nostra Serenitas, et ea, que dilectorum principum votis competunt per affectum, promptis desiderijs occurrit nostra benignitas per effectum. Supplicante liquidem nostro culmini dilecto principe nostro alberto, duce Saxonie, ut in omnibus bonis suis pheodalibus, que idem dux a nobis et Imperio tenet, illud Jus, quod vulgariter dicitur aneuelle, Illustribus viris Johanni et ottoni, marchionibus brandenburgensibus, dilectis principibus nostris, concedere dignemur ita, si predictum ducem sine herede contingat decedere, vel etiam, si heredes habuerit, et eisdem infra annos discretionis vel sine heredibus contingerit exsoluere iura carnis. Nos itaque, memorati ducis precibus grato et benigno concurrente assensu, omnia bona sua pheodalia, que idem dux a nobis et imperio tenet, cum omni iure, quod aneuelle dicitur, antedictis marchionibus conferimus et presentis scripti testimonio confirmamus. Acta sunt hec Brunswich, anno gratie M°. CC. LII°. XV°. kal. Marcii, Indictione XI, In presentia Nobilium virorum alberti ducis de Brunswich,